

Zur Errichtung des episcopatus Moldaviensis.

In meinem Beitrag zur Geschichte der röm.-kath. Kirche in der Moldau, welcher in dieser Quartalschrift 1898 S. 107—126 erschien, habe ich mich S. 118 dahin ausgesprochen, dass der episcopatus Moldaviensis seinen Namen vom Orte Moldawitza erhalten hat und nicht etwa vom Lande Moldau im Allgemeinen. Herr Professor Dr. R. Kaindl, ein genauer Kenner der Geschichte dieses Landes, glaubte jedoch dieser meiner Annahme nicht zustimmen zu können.¹ Nun habe ich unterdessen eine weitere auf den episcopatus Moldaviensis und zwar auf seine Gründung bezügliche Urkunde, die nachstehend mitgeteilt werden soll, im vatic. Archiv (Lat. t. 172 f. 55) aufgefunden. Aus derselben dürfte noch deutlicher, als dies bei dem bisher zur Verfügung stehenden Material möglich war, hervorgehen, dass meine Annahme immerhin viel für sich hat. Es handelt sich um die Bulle Johannis XXIII. vom 7. August 1413, worin zum ersten Male von Errichtung des episcopatus Moldaviensis die Rede ist. Die Anregung ging vom Polenkönig Wladislaus Jagello, dessen Schwester Ringola i. J. 1411 die Gemahlin des Moldaufürsten Alexander Bonus wurde, und seiner zweiten Gemahlin Anna von Cilli aus.² Sie hatten sich an den genannten Papst mit der Bitte gewandt, dass er „in civitate Moldaviensi, quae sic a patria Moldaviensi, in qua consistit et caput est ipsius patriae, nuncupatur, in qua quidem civitate pro maiori parte habitant schismatici et infideles, estque metropolis Moldaviensis appellata, cui praeest metropolitanus natione Graecus, iuxta ritus Graecorum regens clerum et populum sibi subjectos,“ die an eben diesem Orte befindliche katholische Kirche zur Cathedralkirche für einen katholischen Bischof erheben möge. Johann XXIII. übertrug dem Bischof von Caminiec die hierüber nötige Untersuchung mit dem weitem Auftrag, den Johannes de Ryza O. Praed., Vorstand der in jenen Gegenden wirkenden, bekanntlich aus Dominikanern und Franziskanern bestehenden Societas Peregrinantium, eventuell zum ersten episcopus Moldaviensis einzusetzen.

Dieser Johannes de Ryza ist offenbar identisch mit jenem Johannes O. Praed., welcher im eingangs erwähnten Beitrag S. 111 und 121 wirklich als erster episcopus Moldaviensis erscheint. Seine Erhebung erfolgte aber nicht mehr unter Johann XXIII., sondern erst unter Martin V.; darauf weist wenigstens die Bezeichnung „creatura“, die er in seiner diesem Papste

¹ Vgl. *Jahresber. der Gesch.-Wiss.* Jahrg. XXI (1898) II, 140, Anm. 747. Dessen eigenen Aufsatz über die kath. Bistümer in der Moldau (in Hettler's *Hist. Ms.* I, 71 ff.) konnte ich leider nicht zu Gesichte bekommen.

² Diese Anna war mit Jagellos erster Gemahlin Hedwig von Ungarn-Polen im dritten Grade blutsverwandt, weshalb Ehedispense notwendig war, die vom Papste Bonifaz IX. am 23. April 1401 erteilt wurde (*Lat. t.* 89 f 78).

unterbreiteten Supplik vom 1. Juli 1420 gebraucht, hin. Sein Bistum hat aber den Namen ohne Zweifel von jener „civitas Moldaviensis, quae sic a patria Moldaviensi, in qua consistit et caput est ipsius patriae, nuncupatur“: und das sollte doch nur für Moldawitza zutreffen. Schwierigkeiten dürften für diese Annahme allerdings darin gelegen sein, dass die nach unserer Bulle zur Cathedralkirche zu erhebende katholische Kirche daselbst der hl. Dreifaltigkeit geweiht ist, während sie in der vorerwähnten Supplik (a. a. O. S. 122) als den hl. Aposteln Petrus und Paulus sowie der hl. Jungfrau Catharina geweiht bezeichnet wird, und dass der Sitz der erst 1409 errichteten griechisch-orientalischen Metropole nicht Moldawitza, sondern Suczawa war, wo auch die Residenz des Woiwoden sich befand,¹ so dass also dieses die Hauptstadt der Moldau zu damaliger Zeit gewesen wäre. Unter allen Umständen aber ist die nun im Wortlaute folgende Bulle für die Geschichte des — vom episcopatus Cerethensis ganz verschiedenen — episcopatus Moldaviensis von grundlegender Bedeutung.

Joannes episcopus etc. Venerabili fratri episcopo Camenecen. salutem etc.

Romanus pontifex, beati Petri coelestis regni clavigeri successor et vicarius Jesu Christi, cuncta mundi climata omnesque nationum in illis degentium qualitates paterna consideratione discutit et examinat diligenter, et ex officii debito salutem quaerens et appetens singulorum, superna suffultus potentia, illa suadentibus rationabilibus causis perpensa deliberatione salubriter ordinat et disponit, quae grata divinae Majestati fore considerat et per quae oves sibi divinitus creditas ad unicum Dominicum ovile reducat et perinde acquirat eis felicitatis aeternae praemium et veniam impetret animabus: quae siquidem auctore Domino certius et clarius credimus provenire, cum veritas catholicae fidei ad laudem et gloriam divini nominis dilatatur. Sane nuper pro parte carissimi in Christo filii nostri Wladislai regis et carissimae in Christo filiae nostrae Annae reginae Poloniae illustrium nobis fuit expositum, quod in minori Walachia in civitate Moldaviensi, quae sic a patria Moldaviensi, in qua consistit et caput est ipsius patriae, nuncupatur et in qua quidem civitate pro majori parte habitant schismatici et infideles, est quidam locus cum ecclesia in eo sub vocabulo Sanctae Trinitatis, olim per quosdam catholicos constructa, qui quidem locus populosus et honestus et ecclesia apta evidenter existunt ad hoc, quod ipsa ecclesia in cathedralem erigatur, quia ex ipsa ecclesia, si fieret, magnus profectus animarum Christianorum, qui in civitate atque patria commorantur, incunctanter sequi posset; multi etiam, prout speratur, praedictorum schismaticorum et infidelium, pristinis eorum dimissis erroribus, ad fidem catholicam converterentur, sicque fides ipsa dilataretur et propagaretur, necnon etiam divinus cultus cresceret pro tempore in illis partibus.

¹ Vgl. Kaindl, *Gesch. der Bukowina*, II, 47 f. und 53 f.

Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, etiam in eadem civitate sit metropolis Moldaviensis appellata et illi praeesse consueverit pro tempore et praesit metropolitanus natione Graecus, juxta ritus Graecorum regens clerum et populum sibi subjectos, videlicet ipsos schismaticos habitantes in civitate et patria memoratis: pro parte regis et reginae praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut eandem ecclesiam in cathedralem ecclesiam erigere et ibidem aliquem catholicum antistitem deputare necnon alias in praemissis oportune providere de benignitate apostolica dignemur.

Nos igitur, qui de praemissis certam notitiam non habemus, qui- que hujusmodi cultum divini nominis et eandem fidem nostris temporibus adaugeri intensis desideriis affectamus, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae, de qua in hiis et aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus de praemissis et eorum qualitatibus universis auctoritate nostra te diligenter informes et, si per informationem hujusmodi tibi constiterit, quod locus et ecclesia praedicti sint apti et idonei, ut locus in civitatem et ecclesia hujusmodi in cathedralem erigantur et eidem ecclesiae praeficiatur aliquis in episcopum et pastorem, praefatos locum in civitatem et ecclesiam in cathedralem auctoritate nostra erigas; quae etiam civitas et ecclesia metropolitana perpetuis futuris temporibus nuncupentur, necnon omnia alia et singula disponas, facias et ordines eadem auctoritate, quae in praemissis et circa ea videris quomodolibet expedire. Quibus sic per te rite peractis de persona dilecti filii Joannis de Ryza ordinis fratrum Praedicatorum professoris, vicarii vicegerentis generalis societatis Peregrinantium pro Christi nomine in partibus antedictis, cui de religionis zelo, litterarum scientia, vitae munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fide digna testimonia perhibentur et pro quo etiam ipse rex et regina nobis super hoc humiliter supplicarunt, praedictae ecclesiae, si et postquam in cathedralem erecta fuerit, ut praefertur, auctoritate praedicta provideas ipsumque illi praeficias in episcopum et pastorem, curam et administrationem ejusdem ecclesiae sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo; et nihilominus, si praedictum Johannem eidem ecclesiae in episcopum per te praefici contigerit, et praefertur, ipsi Johanni per te vel alium catholicum episcopum, gratiam et communionem sedis apostolicae habentem, ascitis et in hoc sibi assistentibus duobus aut tribus catholicis antistitibus, similem gratiam et communionem habentibus, munus consecrationis impendas aut impendi facias et procures sibi a suis subditis obedientiam et reverentiam debitas exhiberi. Volumus autem, quod ecclesia et civitas hujusmodi, si et postquam eas erexeris, et episcopus Moldavien. existens pro tempore ac ejus clerus et populus metropolitico jure subsint pro tempore archiepiscopo Hali-

ciensi, alias Lamburgensi vocato,¹ ipsaeque nova ecclesia et civitas de provincia et suffraganae ecclesiae Halicien. seu Lamburgen. in omnibus et per omnia sint, prout aliae ecclesiae cathedrales de ipsa provincia de consuetudine vel de jure subsint archiepiscopo et ecclesiae Haliciens antedictis. Contradictores *etc.* Volumus autem, quod tu vel idem antistes, qui praefato Johanni hujusmodi munus impendent, ab eodem Johanne nostro et Romanae ecclesiae nomine fidelitatis debitae solitum recipias vel recipiat juramentum juxta formam, quam sub bulla nostra mittimus interclusam, ac formam juramenti, quod idem Johannes praestabit, nobis de verbo ad verbum per ipsius Johannis patentes litteras sub sigillo suo signatas per proprium ejus nuntium quantocius destinare procuret seu procuret. Datum apud s. Antonium extra muros Florentinos VII idus augusti anno quarto.

P. K o n r a d E u b e l.

¹ Bekanntlich wurde gerade um jene Zeit der erzbischöfliche Sitz von Halicz nach Lemberg verlegt.
